



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Paulino ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. cxxxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

martyre habetur infra. vij. kal. octobris. Die bone indolis puer etate procedente per incrementa virtutum crescens: factus est epus civitatis: qui populū verbo et exemplo in viam salutis direxit: et ab omni gentilitatis errore verbē purgavit: atque supra sepulchrū sancti firmiani martyris ecclesiā dei genitricis construxit: et consecrauit: in qua dum in die sancto pasche celebraret: celis apertis palmam sibi de superius lapsam asperit: et ab eo die ab omni carnis iniquitate et mori mundus permanit. Qui vivit in pace. iij. kal. septēbris: sepultus in ecclesia supra dicta: cui successerūt sancti honoratus: de q. xvij. kal. februarii et saluus: de quo. iij. id. Januarii.

De sancto Felice presbytero et confessoze. Cap. cxxvij.



Felix presbyter et confessor apud nolaz civitates cāpanie claruit: cuius pater hermas duos filios habēs felicē et hermiā substantiā suā soli felici dereliquit: hermiā vero exheredavit. Felix vero oēs facultates fratri dimisit: et spiritualibus discipulis se dedit: quod sub sancto maximo nolano episcopo officium lectoris deinde exoriente gradum accipit: ac demum per alios ordines ad sacerdotij honore pervenit. Et cum christiano persecutio defuisset: maximus episcopus iam senex ecclesiam suā felici presbytero commendavit: et ad montem desertam secessit. Unde felix predicationi insistere: a paganis detinetur: et in carcere nudus vinculatur: atque testarū et fragmina subternitur. Nocte vero ipsi diuisus lux effulsit: angelusque assistit: et de custodia ruptis catenis educit: atque ad requirendum eius episcopi ad montana transmissit. Quē dudum requisitū: felix tandem fame deficientē iuenit: et ex dolore tristis iugemur: quod nec vni calefaceret senē algere habebat: nec vni aleret fame deficientē videbat. Cumque mori orantibus subuenit: qui de spinosis sentibus media hyeme vnam produxit. Lutus liquorem super os senis expressit: moxque ille resumptis faucibus respiravit. Et postquam alter in alteri amplexibus rursus felix senioze in hūeris suis iulit: et ad cellulā suā produxit atque refecit. Et cum iterum progressus christum predicaret: et gregē dñi confortaret: gentes armati ut eum caperēt domū eius circumdederūt. Qui egressus per mediu illorum transiit: ita ut eum videntes non agnoscerēt: ipsi quoque quasi alium de felice interrogarēt. Ad macerie ergo deferte locū declinavit: statimque ad terram ita arena texti: ut nullus hominū illuc ingredi potuisset: quod putaret: quoniam vni musce imperiū tremulū sinus aranee teule ferre non posset. Sed post abscessus hostiū felix egressus ad domū cuiusdam vidue secreto pervenit: et apud ipsam aliquo tempore latitavit. Et dum ex nimia siccitate estivo tempore in eius puteo aqua defecisset: orante sancto pluvia larga descendit: et puteum abundanter replevit. Sicque in eo ardore ff

Septimus

dei duplicavit: verū postquam ecclesie pacē reddita est: confessor dñi de latebris prodijt: et populū suavi predicationis eloquio in dño confortavit. Qui deo gratias agebat: quod ipsum quē exincruz putabatur in persecutione cōservasset. Et cum autem maximus episcopus ad dñm migrasset: populūque oīs felicem in episcopi elegisset: ille omnino episcopatu recusavit: et quātū presbyterū elegi fecit. Sub quo et ipse presbyter meritis et vita laudabiliter vivit: et post longos agones in dño feliciter requiescit pridie kalen. septēbris. Eius corpus apud nolam tumulatum facer: et signis irradiat.

De sancto Paulino episcopo et mar. Cap. cxxviii.



Paulinus episcopus treuerensis et martyr claruit tempore constantij imperatoris. Qui tempore arriane in festationis a constantio prefato ob fidē catholicā exilio relegatus: et usque ad mortē pro christi nomine hinc inde mutando exilia fatigatus tandem apud phrygiam defunctus beate passionis coronam percipit a domino pridie kalen. septēbris. Hec Ado in martylogio suo.

De sancto Aristide confessoze. Cap. cxi.



Aristides confessor claruit apud arbenas sub adriano imperatore. Qui philo sophus eloquentissimus fuit: fide sapiētiāque clarissimus: et christiane religionis pietate imbutus. Hic adriano principi libellū apologeticū pro fidei ratione conscripsit et obrulit: et christus iesus solus esset deus coram ipso imperatore luculentissime peroravit: eo videlicet tempore quo quadratus vir insignis libellū simile eidem cesari presentavit. Qui et in eadē civitate die extremū in pace cōcluserit pridie kalen. septēbris. Hec hieronymus in libro de virtutibus illustribus.

De sancto Optato episcopo. Cap. cxli.



Optatus episcopus milesianus natiōe apher claruit imperantibus valeriano et valente augustis. Qui fidei pugil et doctor egregius adversus donatiane partem calūniam libros sex edidit: in quibus donatistarum crimē falso in nos retorqueri asseruit. Qui et sanctitate et vita non infimus apud antiochodorum in pace quiescit pridie kal. septēbris. Hec hieronymus vbi supra.

Explicit liber septimus.